

Band VIII., Nr. 2835, Seite 144

Bischof Berthold von Bamberg bestätigt den Brüdern von der dritten Regel des heiligen Franziskus die Schenkung der zu den bambergischen Lehen im Schwarzwald gehörigen Kirche in Kniebis durch den Lehensmann Grafen Heinrich von Fürstenberg.

Bamberg, 1278. Dezember 2.

Bertoldus divina miseratione ecclesie Babembergensis episcopus omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. In hiis, que ad cultum dei faciunt, omnis pia mens larga fore debet, ut de beneficio hoc laudetur divinitus, sicut David regum piissimus de solo edificii cogitati. Sane pervenit ad nos, quod Heinricus comes de Furstemberch Constantiensis dyocesis de feodo perpetuo, quod a nostra ecclesia et a nobis in Nigra Silva tenere dinoscitur, viris religiosis fratribus de tertia beati Francisci regula sic dictis ecclesiam quandam, que in monte Knieboz est sita, cum suis attinentiis in sempiternum subsidium ipsorum fratrum et pauperum ibidem transeuntium pro remedio anime sue et suorum dedit et tradidit, quantum ad hec iuri suo feudali sollempniter renuntians, dummodo alienationi tali accederet noster debitus consensus. Nos itaque, qui super hoc consensu per ipsos fratres fuimus humiliter impulsati, inclinati preeibus eorum ad decus et honorem cultus divini et pauperum sublevamen ipsam alienationem ratam habemus et ratificamus presentium tenore sub annuo censu unius libere cere, quam ad luminaria nostre ecclesie annuatim in festo beati Georgii martiris solo interpellante termino suis nuntiis pretacti fratres et eorum posteri in Babemberch presentabunt, hoc semper in omnibus salvo, quod si eadem ecclesia in habitaculum seu locum alterius religionis vel status in posterum verteretur, ad prefatum comitem vel ipsius liberos predicta ecclesia rediret iure feudali, quod nobis et nostre ecclesie sicut hucusque recognoscere deberent. In cuius etiam rei firmum testimonium sigillum nostrum volumus presentibus appendi.

Datum in Babemberch, quarto nonas Decembris, anno domini MCCLXXVIII.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Das beschädigte Siegel des Ausstellers, rund, c. 68 mm, (III. A. 2. b.): der auf einem mit Hundsköpfen und -Tatzen verzierten Throne sitzende Bischof im Amtsschmuck, in der Rechten den Stab, mit der Linken ein aufgeschlagenes Buch auswärts haltend; Umschrift: + S . BERTHO A . BABENBERGEN . EPI.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 494 U 6

Editionen:

UB Fürstenberg, Bd. 1, S. 258.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Bamberg

Ortsindex:

Bamberg, BA

Fürstenberg Wohnplatz (13207)

Fürstenberg, Hüfingen, VS

Kniebis Wohnplatz (7420)

Kniebis, Freudenstadt, FDS

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Schwarzwald